

BVLLEÆ TRES

ROMANORVM PONTIFICVM
PRO REFORMATIO N E
& obseruantia regulari Monacho-
rum ordinis Sancti Benedicti Abba-
tis. Quarum duæ priores ad Clunia-
censes directæ, sunt Gregorij IX. &
Nicolai III. Tertia Benedicti XII.
& propterea Benedictina nuncupa-
ta, vniuerso ordini communis.

*Omnia cum antiquissimis M. S. exemplaribus
collata & accuratè emendata per fratrem
IACOBVM DV BREVL
Monachum Sancti Germani
à Pratis.*



PARISIIS,

Apud AMBROSIUM & HIERONYMVM
DROVART, sub scuto Solari via Iacobæa.

M. D C. III.





BVLLA GREGORII PAPÆ IX.

Ad Cluniacenses.

GREGORIVS Episcopus, ser-
vus sciuorum Dei, Diléctis
filijs Abbatii & cōuentui Clu- Job. 40.
niacensi salutem & Aposto-
licam benedictionem. Behe-
moth non contentus quasi
bos comedere paleas, sed escas electas audiē
concupiscens, venatur instantet animas deli-
catas : non solum simpliciter gradientibus
ponendo pedicas & laqueos in capturam : sed
etiam contemplationis gratia in solitudinem
aduolantibus prætendendo, decipulas & retia
extendēdo; Sanè dolore cōfodimur in occul-
to, & rubore perfūdimur: in aperto quia cū or-
do cluniacēsis in ecclesię paradiō dextera diui-
na plātatus, à mari usque ad mare protēsis pal-
mitibus gratos flores & uberes fructus produ-
cere soleret honestatis: nunc in amariū dinem
alienæ vitis auersus producit labrūscas stupo-
rem dētibus faciētes: factus inlaqueū & ruinā,
in lapidem offendionis & petram scādali dua-
bus domibus Israēl, contemplatiuis videlicet



BULLA NICOLAI PAPÆ IIII.

Ad eosdem Cluniacenses Monachos.

*In qua præcedentis Bullæ Gregorij
Papæ IX. Multa statuta repetun-
tur, quædam moderantur, & alia
adduntur.*

NICOLAVS Episcopus seruus
seruorum Dei, dilectis filiis
Abbati Clun. eiusque coabba-
tibus, Prioribus, & conuenti-
bus vniuersis Cluniacensis or-
dinis salutem & Apostolicam
benedictionem. Regis pacifici pacis opera di-
ligentis gerentes (licet immetiti) vices in ter-
ris, pacis bonum & concordia stabilis vnitatem
cunctis fidei orthodoxe cultoribus, sed po-
tissimum regularis obseruanti vinculo alligatis,
seruentibus votis appetimus, & sollicitis stu-
diis procuramus: ut diuinorum cultui, cui salu-
bris illos dedicauit intentio, liberior & com-
modius immoretur. Quamobrem vigiles
reddimur: & propensius affectamus, ut inter
nos diuinis obsequiis regulariter deputatos



BENEDICTINA, A BENEDICTO PAPA XII. NOMEN SORTITA.

*Instrumentam publicationis eius in maiore ca-
pella Beatae Mariae Cœnobij D. Germani
a Pratis factæ, pro Rhemensi & Senonensi
Prouinciis.*

N OMINE DOMINI.
AMEN. Nouerint vniuersi, quod
ego Stephanus Frossardi de Vil-
leyo, Lingon. diocesi clericus,
auctoritate Imperiali publicus
Notarius, transcriptum infra scriptum vidi, le-
gi, tenui, & palpaui, sigillo curiae Parisien. &
contra sigillo sigillatum, vna cum signis
Notariorum: videlicet Matthei Vtherij de Ca-
notho, auctoritate Apostolica publici Nota-
rij, & Ioannis Martini de Campellis in Briæ,
Parisien. Dioceſi clerici, auctoritate imperiali
publici Notarij: cuius quidem transcripti te-
nor sequitur in hæc verba. In nomine Domi-
ni Amen. Nouerint vniuersi, quod nos Mat-
thæus Vtherij de Canotho, & Ioannes Mar-



INNOCENTII

PAPÆ III. ROMANORVM

Pontificis Maximi Decretalis, in qua primo tractat de vestibus Monachorum. Secundo de abdicatione proprietatis. Tertio de silencio. Quarto de cibis. Quinto de officiis in genere & in specie.

De Statu Monachorum.

Vnde ad monasterium Sublacense, & infra. Firmiter inhibuimus, ne quis de cætero monachoru lineis catmisiis vteretur. & infra. Prohibemus quoque districte in virtute obediæ sub obtestatione diuinæ iudicij: ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat. sed si quis aliquid habeat proprij, totum in continenti resignet. Si vero post hoc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere: regulari modo prædicto de monasterio expellatur: nec recipiat ulterius nisi pœnitentia secundum monasticam disciplinam. Quod si proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilinio subterretur, secundum quod beatus Gregorius narrat se fecisse in dialogo. Vnde si quicquam alicui fuerit



CLEMENTIS V.
ROMANORVM PONTIFICIS
Maximi in concilio Viennensi de statu monachorum Decretalis sequitur feliciter.

Clemens.

NE in agro Dominico sacra videlicet monachorum nigroru religione, indecorum aliquid obrepatur, aut vitiosum quicquam perniciosa in segetem coalescat, sed ut in illa potius flores honoris & honestatis, fructus in vbertate succrescant, eis in vestibus inordinatū omnem seu exquisitum ornatum aut cultum, necnon in cibis & potibus, equitaturis & lecti-sterniis quemuis notabilem interdicentes excessum, Statuimus ut superior vestis ipsorum habitui proxima nigri, bruni, aut albi coloris existat iuxta morem apud eos seruari solitum in regione qua degunt. Nec in qualitate panni regularis excedatur modestia : nec queratur quod preciosius & subtilius valeat inueniri.

Sit etiam vestis ipsa rotunda per circuitum, & non scissa, nec longitudine nimia aut breuitate notanda. Largas etiam manicas habeat usque ad pugnum protensa : non consutitas vel quomodolibet botonatas.

D E V O T I S S I M A
P R O F I T E N D I F O R M A
 S V B B E A T I S S I M I P A T R I S
 Benedicti Regula.

Quando nouitius profiteri debet pater monasterij preparet se Missam celebraturus, aut alius assistente patre. Et post offertorium accedat nouitius professurus ante altare, & erectus legat petitionem suam dicens.

F O R M A P E T I T I O N I S .

N N O M I N E D O M I N I
N O S T R I I E S V C H R I S T I.
A m é . A n n o à n a t i u t a t e c i u s d e m .
N . d i e N . m e n s i s N . E g o N . d e
t a l i l o c o & d i œ c e s i p r o m i t t o s t a
b i l i t a t e m m e a m & c o n u e r s i o n ē m o r u m m e o
r u m & o b e d i e t i a m s e c u n d u m R e g u l a m S a n c t i
B e n e d i c t i , C o r a m D e o & o m n i b u s s a n c t i s ,
q u o r u m r e l i q u i æ h a b e n t u r i n h o c m o n a s t e r i o
N . d i œ c e s i s N . i n p r æ s e n t i a D o m i n i N . A b b a
t i s e i u s d e m m o n a s t e r i j s u b c o n g r e g a t i o n e N .
A d c u i u s r e i f i d e m h à c p e t i t i o n e m m a n u p r o
p r i a s c r i p s i d i e q u o s u p r a .

*Quam perlectam offerat super altare, illud osculan
do, ac signum Crucis in ea manu propria impri
mendo. Postea stante eo genibus flexis Pater mo
nasterij dicat bunctionem absolvit.*



STATVTA CAPITVLI

GENERALIS MONACHORVM

*ordinis Sancti Benedicti, Prouinciarum
Rhemensis & Senonensis, Anno Christi
M. CCCCLXXIX. Compendij (Oppidum
est Picardie, priscorum Regum frequenti
habitatione commendatum) in monasterio
Sancti Cornelij celebrati,*



V O D in singulis regnis vel pro-
vinciis Capitula generalia mo-
nachorum nigrorum (id est, S.
Benedicti, qui tali colore in ha-
bitu vsus est) de triennio in *Prelates.*
triennium celebrari debeant, lib. 11. &
Innocentius Papa tertius in illo ecumenico *Chro. Caf.*
Concilio Lateranensi anno Domini 1215. cele- lib. 4. cap.
brato, sanxit. Benedictus autem Papa 12. euo- 155.
litis inde 121. annis, videlicet anno salutis 1336. *Cap. 12.*
ad reformationem prædictorum monachorum
suam Benedictinam promulgans, in eius capite
primo prouincias enumerauit: & quasdam ex
illis pro celebratione capitulorum huiusmodi
adunauit. Sic Rhemensem & Senonensem pro-
vincias pro vna censeri voluit. Hæ ergo duæ
prouinciae anno Domini 1379 magnum nume-
rum Abbatum, Priorum, aliorumque dicti or-
dinis Prælatorum congregarunt: & in capitulo